



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Comitvm Par Genere, Potentia, Opibvs, Heroicaq. Virtvte
inclytum B. Godefridus, Vuestphalus, S. Romaricus,
Austrasius**

Serarius, Nikolaus

Mogvntiæ

Cap. XLV. Oleo sacro vngitur, pieq[ue] Domino moritur Godefridus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37252

CAP. XLV.

*Oleo sacro ungitur, pieq; in Domino
moritur Godefridus.*

DEinde cum sacri olei fuisset li-
quore inunctus, pacis osculum
fratribus dedit vniuersis, ita dicens:
Ego quidem fratres gratia ordinis ac
zelo diuini honoris, quosdam vehe-
mentius quandoque allocutus sum.
Vnde si quem vestrum offendi, qua-
so, ne dedignetur ignoscere. His di-
ctis, non sermone responsum, sed fle-
tibus: pariterque contristatis omni-
bus, paulo post fratri sic locutus est:
Frater mi, audio vocem dicentem;
Mat 25. Exite obuiam ei. Et facto itē interual-
lo, cum frater qui ei sedulus asside-
bat, ab eo inquireret, quid spei habe-
ret, vir sanctus latino sermone re-
spondit: Magnam spem habeo. Iam
enim pro toto mundo paulo diutius

in

in hoc nollem morari exilio. Post hæc, paululum conquieuit, apertisque mentis oculis cum ingenti subito exultatione dicebat: Beneueniunt nunciij Domini creatoris mei. Quo dicto debitum creatori reddidit Spiritum atque Idibus Ianuarij, quo die baptismum CHRISTI sancta recolit *d. 13. l.* Ecclesia, beata illa anima carne solu- *na 112* ta, æternæ regenerationis induit can- *mortu* didatum anno Dominicæ Incarnationis. M. C. XXVI: ætatis autem suæ ferme XXX. migravit ad CHRISTVM. cui est honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

CAP. XLVI.

*Felix & gloriosus apparet Godefridus
vita functus.*

Porro Gerbergis Abbatisa, de qua *sup c.* præfati sumus, vnice sanctum virum diligens, sæpius eum discedentem contestata fuerat, vti vel viuus, vel mortuus in breui eam visitaret.

E 4 Cum